



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 37. Regis copiæ trajecto flumine hostem aggredi paratæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

ad prælii cum hoste conferendi oppor- **Sæcul. XVI.**
 tunitatem deducta esset, locus vero Au- **A.C. 1562.**
 læ adeo vicinus foret, ut absque Regiæ
 Majestatis suæ mandato Belliduces
 quidquam moliri minime auderent. Hoc
 sermone Regina haud parum commo-
 vebatur, atque ad Regis Nutricem con-
 versa. Ecce Nutrix, inquiebat voce
 non minus indignationem, quam lu-
 dibrium prodente, quam generosi sint
 „exercitus Gallici Belliduces, qui a foe-
 „mina, & ab infante consilium quæ-
 „runt, an cum hoste configere debeant,
 „quid tibi de eorum fortitudine vide-
 „tur? „ His dictis Regina abiit, cum
 autem Castellnaus certum urgeret re-
 sponsum, eadem prius in Regis cubili
 deliberatione cum quibusdam Proceri-
 bus habita paucis hæc reposuit: „ nil
 „Belliducibus præscribo, sed totum eo-
 „rum prudentiæ committo. „

§. XXXVII.

*Regius exercitus trajecto amne hostem
 aggredi paratus.*

Accepto hoc responso Connestabilis, **Thu. I. 34. n. 1**
 Guisus Dux, & Santandreanus Ma-
 rescallus omnino prælium inire, atque
 ideo Auram flumen trajicere decreve-
 runt, cumque neminem oblectari cerne-
 rent, nocte insequenti, quæ diem deci-
 mam octavam a nona interfecat, cum
 U u 3 toto

Sæcul. XVI. A.C. 1567. toto exercitu ductore Connestabili omnem in duobus diversis locis vado transmittunt, traductis etiam belli tormentis, & quidem cum tanta celeritate, ut Princeps Condæus toto eo tempore vix se hospicio moveret, & neminem qui de hostium rebus cognosceret, præmitteret, nec pagos, qui Duriæ fluvio vicini erant, caperet: eos tamen regii mox trajecto fluvio occupavere, collemque etiam vitibus confitum haud longe ab oppido, cui planicies spatiosa subest, infederunt.

Interea Colinius Archithalassus summo mane, uti convenerat, Neronio oppido discedit, & Condæus Princeps per planitiem suo ordine iter capellit, re autem ex tympanorum pulsu cognita Catholici Armanum Guntaldum Bironum castrorum Præfectum emittunt, qui mox Monmorantium monet, quod Condæus Princeps cum toto exercitu incederet, & nisi in vestigio castra moverentur, fore, ut intra horæ spatium ad manus utrinque deveniendum sit.

§. XXXVIII.

Catholici exercitus ordo.

*Thuan. l. c.
P. Daniel
t. 1. p. 306.*

Ceterum in Regio exercitu numerabantur quindecim, aut ferme sexdecim peditum millia præter duo millia equitum, qui inter Spinam, & Blan-